



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

De Christi Iesu in hunc mundum missi officio, & eius salutatis Euangelij  
prædicatione: Ex Esa. cap. LXI. xix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

affectionem adaelum, erigit, consolatur, atque per  
Spiritum sanctum restituit: accendit in nobis fidem, &  
sacram amoris ignem. Hanc tantam gratiam ne negliga-  
mus: ad hunc tam benignum saluatorem corde contrito Matt. 11.  
& humiliato accedere non cunctemur: & inueniemus  
quietem animabus nostris.

De Iesu Christi D.N. in hunc mundum missi Offi-  
cio: & eius salutaris Euangelij prædicatione.

## Esaiæ 61.

Spiritus Domini super me, eò quod vñxerit Do-  
minus me: ad annuciandum mansuetis misit me,  
ut medereret contritis corde, & prædicarem capti-  
vis indulgentiam, & clavis apertio nem. Ut  
prædicarem annum placabilem Domino, &  
diem vñctionis Deo nostro: ut consolaret omnes  
lugentes.

## PARACLÉSIS.

**H**oc Esaiæ vaticinum ad solum Christum perti- CAP.XIX.  
nere, ex Luce & Evangelio discimus. Sic namque ibi  
legimus Cap. 1111. Et venit Iesus Nazareth ubi erat  
matritus: & intravit secundum consuetudinem suam die  
Sabbathi in Synagogā: et surrexit legere. Et traditus est  
liber Esaiæ propheta. Et ut renoluit librū, inuenit lo-  
cum ubi scriptum erat, Spiritus Domini super me, pro-  
pter quod vñxit me, euangelizare pauperibus misit  
me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissio-  
nem, & oecis visum, dimittere cōfractos in remissionem,  
prædicare annum Domini acceptum, & diem retribu-  
tio nis. Et cum plicuisse librum, reddidit ministro, &  
sed. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in-

O. 4

eum.

Corn. Jan-  
senius, in  
Concord.  
Euang.

Esa. 45.

Ioan. 16.12.

rum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hac Scriptura in auribus vestris. Audis ergo Christum hic loqui de se, tanquam de aliquo qui missus est ad consolandum late quodam nuncio eos, qui omni humano præsidio destituti, omnium misericordiarum malis premerentur. Quo significatur: quod ipse à Patre missus fuit, ut Euangelizat, & operatissimam prædicationem consolaretur eos, qui se vera iustitia & salute agnoscerent esse destitutos: & ob peccata sua afflictio essent animo. Talibus namque missus est Dominus ad prædicandum remissionem à captiuitate peccati & diaboli, & liberationem à cœcitate, in qua diu detinuerunt: & ad dimittendum eos in remissionem, hoc est, liberos, qui diaboli iugo granatos se & confractor agnoscerent. Porro Annum acceptum vocat, totum tempus Euangelicae prædicationis, a Christo usque ad mundi finem: quo nimurum Deus gratuita sua bonitate homines in gratiam recipit per mortem filii sui: de quo rursus in Esaias dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Diem vultus dicit: qua Deus per filium vultus est nos de misericordiis nostris demonibus: iudicando principem huius mundi, & euiciendo cum foras. Idem ergo tempus est, & annus acceptus, ratione fideliū: dies autem vultus seu reributionis, ratione hostium populi: Dei. Itaque nunc dum tempus est acceptable & dies salutis, dic vera corde: Domine Iesu, cum nemo me sit miserior, qui magis tua ecceat misericordia: nemo perturbata conscientia me afflictior: nemo peccatorum plagiis vulneratior: nemo tyrannide Satanae captiuationis: te per ineffabilem beatitudinem tuam, per tuam crucem & passionem precor, ut eius gratia que tam affatim omnibus misericordia per te profinatur, me quoque facias partipem: neque me solum

cessimilli  
furtherisSENTE  
tes, ex  
nostris ISic Deus  
nitum  
reat, le  
Deus fi  
dum, le

H Ano  
tu p  
Sementia  
li, cion te  
Et in pri  
plare. De  
dabitur, de  
in mundo  
finitis mis  
vlesceret  
tuta sua  
alquem,  
gelum si q  
ten dato  
hoc si mus  
hoc maxi  
vatur ha  
en si add

erit nullibus, qui per tuam misericordiam saluantur,  
furtheris ea fiducia, quā semper in te collocaui. Amen.

**SENTENTIAE EVANGELICAE INSIGNIORUM**, ex melliflua & salutifera Doctrina Domini  
nostrri Iesu Christi.

**SENTENTIA I.** Ioannis 3.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non peccat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.

**PARACLESIS.**

**H**AUC amplissimam Consolationem, ô homo, animo CAP. XXX

Hoc penitus infige, & cogitatione huius dulcissimæ Sementie fidem in te accende: hac te sustenta in periculis, cum te angit peccatum, terror mortis, & iudicij Dei. Et in primis quidem magnitudinem amoris contemnare. Deus immensus & infinitus, nullius egens, nullius Corn. Tam-  
dabitor, dilexit mundum. Quem mundum? Homines senuis.

in mundo egentissimos: oppressos peccato, morte, & iniurias miseriis. Quomodo dilexit? Sic, ut non solum non vesceretur admissa scelerata, sed pro mundi salute grauita sua bonitate daret, non Angelum, non Prophetam aliquem, sed filium, eumq; quem habuit unicum. Angelum si quidem dedisset, non erat res parua: nunc autem dato filio, excellentiorem ostendit charitatem. Adhuc si multos habuisset filios, unumq; ex eis dedisset, & hoc maximum fuisset: nunc Vnigenitum dedit. Summa tamen haec fuit dilectio: que tunc etiam magis apparebit, si addatur quo pacto dederit: videlicet ut mortem,

O s eamq;